

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

CONCILIUM
BALTIMORENSE
PROVINCIALE V,
HABITUM
ANNO 1843.

CONCILIUM PROVINCIALE V,
BALTIMORI HABITUM MENSE MAIO,

ANNO 1843.

ACTA CONCILII.

CÆTUS PRÆPARATORIUS.

DIE 13 Maii, horâ undecimâ A. M. habitus est cætus præparatorius in ædibus Archiepiscopali- bus, præsentibus Ill^mis ac Rev^mis DD. SAMUELE ECCLESTON, Archiepiscopo Baltimorensi; BENEDICTO J. FENWICK, Episcopo Bostoniensi; MICHAELE PORTIER, Episcopo Mobiliensi; JOANNE B. PURCELL, Episcopo Cincinnatensi; GUIDONE I. CHABRAT, Episcopo Bolinæ *in part.* et Episcopi Ludovicopolis Coadjutore; ANTONIO BLANC, Episcopo Neo-Aureliæ; JOANNE HUGHES, Episcopo Neo-Eboracensi; RICCARDO P. MILES, Episcopo Nashvillensi; CELESTINO R. L. G. DE LA HAILANDIERE, Episcopo Vincenopolitano; JOANNE J. CHANCHE, Episcopo Natchetensi; RICCARDO V. WHELAN, Episcopo Richmondensi; PETRO P. LEFEVERE, Episcopo Zelano *in part.* et diœcesis Detroitensis Administratore; PE-

TRO R. KENRICK, Episcopo Drasensi *in part.* et Episcopi S. Ludovici Coadjutore; JOANNE M. ODIN, Episcopo Claudiopolis *in part.* et Vicario Apostolico *Texas.*

Plura disceptata sunt, et accommodata pro recto ordine Concilii.

SESSIO PRIMA.

DOMINICA quartâ post Pascha, die 14 Maii anno R. S. 1843, inceptum est Concilium Baltimorese Provinciale quintum in Ecclesiâ Metropolitanâ, horâ decimâ A. M.

Post solennes supplicationes ab ædibus Archiepiscopalibus, Missa solemniter celebrata est ab Illmo ac Revmo D. MICHAËLE PORTIER, Episcopo Mobilensi, rogatu Archiepiscopi; et post concionem ab Illmo ac Revmo D. BENEDICTO J. FENWICK, Episcopo Bostoniensi, apertum est Concilium juxta formam in Pontificali præscriptam, emissâ fidei professione ab Illmis ac Revmis DD. JOANNE HUGHES, Episcopo Neo-Eboracensi; JOANNE J. CHANCHE, Episcopo Natchetensi; RICCARDO V. WHELAN, Episcopo Richmondensi; PETRO P. LEFEVERE, Episcopo Zelano, et diœcesis Detroitensis Administratore; PETRO R. KENRICK, Episcopo Drasensi, et Episcopi S. Ludovici Coadjutore; JOANNE M. ODIN, Episcopo Claudiopolis, et Vicario Apostolico *Texas.*

Præfuit Illmus ac Revmus D. SAMUEL ECCLESTON, Archiepiscopus Baltimorensis.

Aderant Illmus ac Revmus D. BENEDICTUS JOSEPH FENWICK, Episcopus Bostoniensis;

Illmus ac Revmus D. MICHAEL PORTIER, Episcopus Mobilensis;

Illmus ac Revmus D. FRANCISCUS PATRITIUS KENRICK, Episcopus Philadelphiensis;

Illmus ac Revmus D. JOANNES BAPTISTA PURCELL, Episcopus Cincinnatiensis;

Illmus ac Revmus D. GUIDO IGNATIUS CHABRAT, Episcopus Bolinæ *in part.* et Coadjutor Episcopi Ludovicopolis;

Illmus ac Revmus D. ANTONIUS BLANC, Episcopus Neo-Aureliæ;

Illmus ac Revmus D. MATHIAS LORAS, Episcopus Dubuquensis;

Illmus ac Revmus D. JOANNES HUGHES, Episcopus Neo-Eboracensis;

Illmus ac Revmus D. RICCARDUS PIUS MILES, Episcopus Nashvillensis;

Illmus ac Revmus D. CŒLESTINUS RENATUS LAURENTIUS GUYNEMER DE LA HAILANDIERE, Episcopus Vincennopolitanus;

Illmus ac Revmus D. JOANNES JOSEPH CHANCHE, Episcopus Natchetensis;

Illmus ac Revmus D. RICCARDUS VINCENTIUS WHELAN, Episcopus Richmondensis;

Illmus ac Revmus D. PETRUS PAULUS LEFEVERE, Episcopus Zelanus, et diœcesis Detroitensis Administrator;

Illmus ac Revmus D. PETRUS RICCARDUS KENRICK, Episcopus Drasensis, et Coadjutor Episcopi S. Ludovici;

Illmus ac Revmus D. JOANNES MARIA ODIN, Episcopus Claudiopolitanus, et Vicarius Apostolicus *Texas;*

Admodum Rev. D. RICCARDUS S. BAKER, Vicarius Generalis, et diœcesis Carolopolitanæ Administrator.

Placuit Patribus, proponente Illmo ac Revmo D. Archiepiscopo, designare Officiales Concilii Provincialis, nempe:

Illmos ac Revmos DD. MICHAELEM PORTIER et JOANNEM JOSEPH CHANCHE, Promotores;

Reverendos DD. JOANNEM BAPTISTAM LUDOVICUM EDUARDUM DAMPHOUX, S. T. D. et CAROLUM IGNATIUM A. WHITE, Secretarios;

Rev. D. FRANCISCUM LHOMME, Magistrum Cæremoniarum, et DD. THOMAM FOLEY et OLIVARIUM JENKINS, socios ejusdem;

Rev. D. GULIELMUM BLENKINSOP et D. GULIELMUM D. PARSONS, Cantores.

PRIMA CONGREGATIO PRIVATA.

DIE 15 Maii, horâ nonâ A. M. habita est Congregatio prima privata in ædibus Archiepiscopi.

Præfuit Illmus ac Revmus D. Archiepiscopus: aderant Illmi ac Revmi DD. Episcopi suprâ memorati, cum Secretariis.

Statutum est à Patribus, singulis diebus, horâ undecimâ, agendum esse de Sacerdotibus, qui in Episcopos eligantur, proponendis.

PRIMA CONGREGATIO PUBLICA.

DIE 15 Maii, horâ quartâ P. M. habita est prima Congregatio publica in Ecclesiâ Metropolitanâ.

Præfuit Illmus ac Revmus D. Archiepiscopus: aderant Illmi ac Revmi DD. Episcopi suprâ memorati, cum Secretariis. Aderant insuper Admodum Rev. DD. LUDOVICUS REGIS DELUOL, S. T. D. Superior Seminarii S. Sulpitii Baltimorensis; JOANNES

TIMON, Superior Congregationis Missionis in Fœderatis Americæ Statibus; PETRUS JOSEPH VERHÖGEN, Provincialis Societatis Jesu in Statu *Missouri*; PATRITIUS MORIARTY, Commissarius Generalis Ordinis Eremitarum S. Augustini in Fœderatis Americæ Provinciis;

Rev. DD. GILBERTUS RAYMOND, S. T. D., PETRUS STANISLAUS SCHREIBER et JOSEPH FEY, C. S. R., Ecclesiæ Metropolitanæ Theologi;

Rev. D. HENRICUS B. COSKERY, ab Episcopo Bostoniensi adductus Theologus;

Rev. DD. JOANNES HICKEY et CLAUDIUS RAMPON, ab Episcopo Mobiliensi adducti Theologi;

Admodum Rev. D. THOMAS HEYDEN, ab Episcopo Philadelphensi adductus Theologus;

Admodum Rev. D. JOANNES HENNI, ab Episcopo Cincinnatiensi adductus Theologus;

Rev. D. JOANNES BLASIUS RANDANNE, ab Episcopo Bolenæ adductus Theologus;

Rev. D. AUGUSTINUS VEROT, ab Episcopo Neo-Aureliæ adductus Theologus;

Admodum Rev. D. SAMUEL MAZZUCHELLI, ab Episcopo Dubuquensi adductus Theologus;

Rev. D. ANTONIUS PENCO, C. M. ab Episcopo Neo-Eboracensi adductus Theologus;

Rev. D. EUGENIUS H. POZZO, O. F. P. ab Episcopo Nashvillensi adductus Theologus;

Rev. D. TERENCE J. DONAGHUE, ab Episcopo Vincennopolitano adductus Theologus;

Rev. D. JACOBUS LANCASTER, ab Episcopo Natchetensi adductus Theologus;

Rev. D. JACOBUS RYDER, S. J. ab Episcopo Richmondensi adductus Theologus;

Rev. D. CLEMENS HAMMER, ab Episcopo Zelæ adductus Theologus;

Rev. D. J. B. TORNATORE, C. M. ab Episcopo Drasensi adductus Theologus;

Rev. D. JOANNES B. GILDEA, ab Episcopo Claudiopolis adductus Theologus;

Rev. D. PATRITIUS LYNCH, S. T. D. ab Administratore diœcesis Carolopolitanæ adductus Theologus.

Durante Congregatione, lectis primùm à Promotoribus quæ privatæ Theologorum congregationes retulerant de quæstionibus ipsorum discussioni traditis, Theologorum de his sententiæ ab Illmo ac Revmo D. Archiepiscopo rogatæ sunt.

SECUNDA CONGREGATIO PRIVATA.

DIE 16 Maii, habita est secunda Congregatio privata, eodem loco et horâ quibus prima.

Visum est Patribus executioni mandandum esse decretum à priori Concilio latum, de erigendâ Sede Episcopali in urbe Pittsburgi.

Censuerunt etiam expedire preces Summo Pontifici porrigere, ut Sedes Episcopales in sequentibus locis erigantur, nempe: in urbe *Chicago*, quæ suâ ditione *Illinois* Statum complectatur; in urbe *Milwaukie*, quæ Territorium *Wisconsin* intra fines suæ jurisdictionis contineat; necnon in oppido *Little-Rock*, quæ Statum *Arkansas* pro diœcesi habeat.

SECUNDA CONGREGATIO PUBLICA.

DIE 16 Maii, habita est secunda Congregatio publica, eodem loco et horâ quibus prima.

Discussio quæstionum in privatis Theologorum congregationibus expensarum, continuata est.

TERTIA CONGREGATIO PRIVATA.

DIE 17 Maii, habita est tertia Congregatio privata eodem loco et horâ quibus prima.

Visum est Patribus expedire Summum Pontificem precari, ut Territorium *Oregon* Vicarii Apostolici jurisdictioni subiciatur.

Latum est decretum I: *De bonis temporalibus Ecclesiæ.*

TERTIA CONGREGATIO PUBLICA.

DIE 17 Maii, horâ quartâ P. M. habita est tertia Congregatio publica eodem loco et modo quibus secunda.

SESSIO SECUNDA.

DIE 18 Maii, horâ nonâ cum dimidio, post Missam solemnem ab Illmo ac Revmo D. Episcopo Neo-Aureliæ, et concionem ab Illmo ac Revmo D. Episcopo Neo-Eboracensi, habita est secunda Sessio in Ecclesiâ Metropolitanâ, juxta formam in Pontificali præscriptam.

QUARTA CONGREGATIO PRIVATA.

DIE 18 Maii, horâ primâ P. M. habita est quarta Congregatio privata in ædibus Archiepiscopi.

Visum est Patribus litteras Summo Pontifici, et Societati de Propagandâ Fide, mittendas.

QUARTA CONGREGATIO PUBLICA.

DIE 18 Maii, horâ quartâ P. M. habita est quarta Congregatio publica, ut heri.

QUINTA CONGREGATIO PRIVATA.

DIE 19 Maii, habita est quinta Congregatio privata, eodem loco et horâ quibus prima.

Latum est decretum II: *De concionibus à personis laicis in Ecclesiâ non habendis*;

Decretum III: *De his qui, divortio civili sejuncti, ad nova transeunt vota*;

Decretum IV: *De decreto Concilii Tridentini de matrimonio clandestino.*

Censuerunt Patres S. Sedi supplicandum esse, ut nova Sedes Episcopalis erigatur in urbe *Hartford*, quæ Provincias *Connecticut* et *Rhode Island* includat.

SEXTA CONGREGATIO PRIVATA.

DIE 19 Maii, horâ quartâ P. M. habita est sexta Congregatio privata, eodem loco quo manè.

Latum est decretum V: *De residentiâ Pastorum*;

Decretum VI: *De temerariâ erectione et reparatione Ecclesiarum*;

Decretum VII: *De rebus Ecclesiæ libro recensendis.*

SEPTIMA CONGREGATIO PRIVATA.

DIE 20 Maii, horâ nonâ A. M. habita est septima Congregatio privata, eodem loco quo prima.

Decretum VIII latum est, *De Rituali, auctoritate priorum Conciliorum edito.*

OCTAVA CONGREGATIO PRIVATA.

DIE 20 Maii, horâ quartâ P. M. habita est octava Congregatio privata, ut heri.

Latum est decretum IX: *De confessionalibus*;

Decretum X: *De prælis typographicis à viris Catholicis in urbibus Baltimori et Cincinnati paratis*;

Decretum XI: *De officiis Pastorum animarum.*

Proponente Episcopo Mobiliensi, Ill^{mo} D. Archiepiscopus recedere rogatus est; et ipso absente, nominarunt Patres Episcopum Bostoniensem, qui Archiepiscopum, eorum nomine, his verbis alloqueretur: *Episcopi hujus Concilii gratias agunt Archiepiscopo ob humanitatem, comitatem et hospitalitatem, quibus, durante Concilio Provinciali, eos exceptit: atque ut sibi diù præsideat ex animo exoptant.*

Censuerunt Patres proximum Concilium Provinciale habendum esse Baltimori anno 1846, Dominicâ quartâ post Pascha.

SESSIO TERTIA ET ULTIMA.

DOMINICA quintâ post Pascha, die 21 Maii, horâ decimâ A. M. post Missam solemnem ab Ill^{mo} ac Rev^{mo} Episcopo Natchetensi, et concionem ab Ill^{mo} ac Rev^{mo} Episcopo Cincinnatiensi, aperta est Sessio